



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Guillelmi Postelli De Repvblica

Postel, Guillaume

Lvgdvni Batavorvm, 1635

Cap. XII. De subdialibus comitiis, quæ Græci ήλιαίαν dicunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65533)

120 • DE REPUBLICA
ciem in meipsum, meamque fa-
miliam immittant, si quid horum
transgrediar. Hæc Demosthe-
nes: in quibus maximum fuisse
etiam ethnicis æquitatis stu-
dium monstrat. Postquam sa-
ris dignitas Decemvirorum, pa-
riter & officii ratio est etiam ab
eodem tradita, de comitiis ἡλια-
σῶν nunc sum dicturus.

C A P. XII.

*De subdialibus Comitibus, quæ
Græci ἡλιαίαν dicunt,*

HΛΙΑΪΑ κὶ ἡλιασις, maxi-
mum Athenis tribunal erat
(inquit Harpocratio) in quo
publica iudicia ultro, citroque
causis agitatis tractabantur à
mille, aut mille quingentis pri-
mæ notæ civibus. quingenti ve-
ro solebant uno in loco esse, mil-
le, & quingenti in tribus. ἡλια-
σῶν

ξεῶν autem erat ius in eo loco
 dicere: ἡλιασις vero ipsa in iudi-
 ciis diversatio: Lyfias ἡλιαία καὶ
 ἡλιαξέων pro eodem est usus. Ha-
 ctenus Harpocrat. Interpres ve-
 ro orationis καὶ προκράτες ita de
 hac re tradit. ἡλιαία, inquit locus
 magni senatus, & iudicum mul-
 titudo ibidem ius dicentium di-
 citur. ἡλιαία autem vocatus est
 locus παρὰ τὸ ἐκφοσε ἀλιξέων καὶ
 σωμαθγιξέων τὸ παλῆθ' ὅτι διηγε-
 σῶν, quod illic iudicum multitu-
 do congregari sit solita, & in
 mutato, ut crebro fit. Alii volunt
 (quæ melior esse sententia vide-
 tur) inde dictum locum, quod sit
 sub dio. ἡλιον enim, id est, solem,
 in eum radios immittere. Pollux
 ita tradit. ἡλιαία erat quidem
 uno confessu quingentorum iu-
 dicum, duobus, si mille: tribus, si
 mille quingenti. Calculos vero
 quibus in suffragiis utebantur,
 habebant duorum generum, con-

H. 5 dem-

demnandi, & absolvendi: probandive, aut improbandi: solidum unum, perforatum alterum. Vas porro habebant quod *καστός* Græci vocant, infundibulo simile, per quod demittebantur suffragia in duas urnas, quarum altera lignea, ænea altera erat, probandi, & improbandi: de quibus cætera dicam ubi de iudiciorum, aut fori locis agam. Interpretis vero orationis *κατακρίσις* diversum habet, loco calculorum fabis uti nigris, & albis solitos, ut differrent: quemadmodum calculorum unus erat solidus, alter perforatus. unde qui *κατακρίσις* fabæ dicantur, *κατακρίσις* fabis sortiri, & magistratum deligere significat. inde etiam Pythagoram aiunt per fabarum abstinentiam, non leguminis (ut volunt) flatuosi, & cuius hilum pudenda effingat, usum prohibuisse, sed ei qui velit in pace degere, atque
 for-

ATHENIENSIVM. 123
fortunæ ictibus non subiici, am-
bitiose magistratus, & dignitates
non esse appetendas significa-
viffe.

C A P. XIII.

*De quaestoribus graia voce, ἀπο-
δείκταις vocari solitis.*

SINGVLI à singulis tribubus,
Decem videlicet numero, e-
rant ἀποδείκται, coactores, quæsto-
resve, quos nostrum vulgus col-
lectores taleæ in indictionibus,
receptores domini, & auxilio-
rum in canonibus, & oblationi-
bus vocare solet. Alioqui pe-
culiari vocabulo Græci, & Latini
ἐπίτροποι, & indictionales coacto-
res vocant, quos patrio vocabulo
collectores taleæ dicimus, sed
Græcæ linguæ copia præterea
ἐπιτροπάρχαι, & ἀποδείκται, idem si-
gnificantibus vocibus appellat.

ἀποδείκται